

ultimis simul sumtis secundo parum longioribus, tertio secundo circiter $\frac{1}{3}$, quarto tertio circiter $\frac{2}{5}$ brevior. Pronotum basi longitudine fere duplo latiore, apice longitudine paullulum latiore, fuscescenti-rubiginosum, callis piceis, limbo apicali pallide lutescente. Scutellum fuscum, basi utrinque guttula lutescente. Hemelytra (σ) apicem abdominis longe superantia, ut superne describitur colorata. Tibiae extrema basi leviter fuscescente. Tarsi articulo ultimo fusco, hoc articulo tarsorum posticorum secundo parum longiore.

22. *Psallus* (?) *albicans* Reut.

Diagn.: Dilutissime flavicanti-albicans, totus unicolor, pilis pallide flavis facile divellendis pubescens, hemielytris etiam nigricanti-pubescentibus, pilis tamen fragilibus; membrana albido-hyalina, areolis cum venis dilute flavicanti-albidis, saepe puncto fusco infra apicem venae cubitalis; antennis pedibusque colore corporis, femoribus anticis innotatis, posticis solum punctis nonnullis nigris in seriem ad marginem anteriorem positus, superne innotatis, etiam puncto anteapicali marginis antici destitutis; tibiis nigro-spinulosis, sed punctis destitutis; tarsis articulo ultimo apice late fusco. Long. ♀ 3 mm.

Hab. in Turkestan (Bekljarebek! d. 6 julii), D. Prof. J. Sahlberg.

Descr.: Species ab omnibus reliquis colore, femoribus solum posticis inferne serie anteriore punctorum signatis, tibiis punctis destitutis distinctissima. Caput (♀) basi pronoti circiter $\frac{2}{5}$ angustius, vertice oculo paullo magis quam duplo latiore. Oculi nigro-fusci. Rostrum apicem coxarum intermediarum attingens. Antennae articulo secundo margini basali pronoti longitudine subaequali, articulis duobus ultimis simul smutis secundo paullulum longioribus, tertio secundo fere $\frac{1}{4}$ brevior. Pronotum basi longitudine fere duplo latiore, margine apicali late leviter sinuato, longitudini aequae lato. Hemelytra feminae apicem abdominis